Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Poneret ut muros in meliore loco.
Venit ad adrastum tydeus calidone fugatus (*in grecia*)
Et teucrum veneri grata recepit humus.
Quid referam veteres romane gentis apud quos
Exulibus tellus ultima tybur erat. (*Tybur oppidum iuxta romam*)
Persequar ut cunctos. nulli datus omnibus (*est*) evis (*horis*)
tam procul a patria est. horridior ve locus.
Quo magis ignoscat sapientia vestra dolenti.
Que facit ex dictis non ita multa tuis. (*sap.* — *ut penitus consoler*)
Nec tamen inficior (*i. negor*). si possent nostra coire
Vulnera. preceptis posse coire tuis.
Sed vereor ne me frustra servare labores
Nec iuver admota perditus eger ope.
Nec loquor hec quia sit maior sapientia nobis.
Sed sim quam medico notior ipse michi.
Ut tamen hoc ita sit. munus tua grande voluntas
Ad me pervenit. consuluitque bene.

Ad cottam.

Quam legis a nobis missam tibi cotta salutem.
Missa sit ut vere perveniatque precor.
Namque meis sospes multum cruciatibus aufers.
Atque ut sit nobis pars bona salva facis.
Dumque labent alii. iactataque tela relinquunt.
Tu lacere remanes anchora sola rati.
Grata tua est igitur pietas. ignoscimus illis.
Qui cum fortuna terga dedere fuge.
Cum feriant unum. non unum fulmina terrent.
Iunctaque percusso turba pavere solet.
Cumque dedit paries venture signa ruine.
Sollicito vacuus fit locus ille metu.
Quis non ex timidis egri contagia vitat.
Vicinum metuens ne trahat inde malum.
Me quoque amicorum nimio terrore metuque
Non odio quidam destituere mei.
Non illis pietas. non officiosa voluntas
Defuit. adversos extimuere deos.
Utque magis cauti possunt timidique vocari
Sic appellari non meruere mali.
At meus excusat caros ita candor amicos.
Utque habeant ex me crimina nulla favet.
Sint hi contenti venia. fugiantque licebit.

Oeneus fuit rex calidonie regionis cuius filii fuerunt tydeus et meleager. Sed meleager quidem mortuus est effectu matris sue que exussit fatale eius titionem. tydeus exulavit. hoc est quod dicit.

Teucer et aiax fratres fuerunt filii thelamonis seu venit ad troiam. pater interdixit eis reditum nisi ambo redirent. aiax vero interfecit seipsum. teucer peregrinatus in cypro insula venit.